



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

I. Probatur Scriptorum sacrorum testimentiis γνησιότης librorum Mosis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IV.

39

quod operis haudquaquam patiebatur ratio, neque ipse inquis exclusus spatiis potuimus; sed unde tamen excitari possint studiosi ad perficenda reliqua, & antiquitates sacras è profanis Historiis eruendas. Huic disputationi subjiciemus alteram non dissimilis generis, qua reliquas Græcorum fabulas ex libris Mosis arcessitas esse & expressas evincemus. Indidem derivatos esse priscos earum prope omnium, quas dixi, gentium ritus complures demonstrabimus. Tum queremus postmodum quomodo sacrorum Librorum notitiam habuerint Græci, quos Ebraicæ ac externarum linguarum rudes fere & imperitos fuisse conflat; & an librorum Mosis interpretatio aliqua fuerit Alexandri ævo veterior. Dehinc lingua Ebraicæ, literarumque Samariticarum & Judaicarum originem perscrutabimur. Demum refellemus argumenta, quibus librorum Mosis oppugnari solet dignitas & *γνωστότης*. Ac tandem de depravationibus Penitentie paucis tractabimus.

CAPUT PRIMUM.

I. Probatur Scriptorum sacrorum testimonis γνωστότης librorum Mosis. II.
Utrum solum Deuteronomium, an universum Pentateuchum
in Templo Helcias Pontifex repererit.

I. **N**unc ergo probemus consequentes proxime & continua serie *ætates* Li. Probatur *ætate* illos, qui dicuntur esse Mosis, adscriptissimè Mosis, ac proinde ea *Scriptorum* literas retulisse Mosem liquet ex decimo septimo capite Exodi, in quo Amalecita *Ætatis testimonis γνωστότης librorum Mosis* nam victoriam jubet Mosem Deus scribere ob monumentum in libro. Mandata quoque à Deo accepta libris commississimè ostendunt illa è vigesimo quarto libri ejusdem capite: *Scriptus autem Moyses universos sermones Domini: & paulopost: Assumensque voluntatem fæderis legit audiente populo: necnon & ista è tricesimo quarto: Scribe tibi verba hoc, quibus & tecum, & cum Israël pepigi fædus.* Deuteronomium vero à Mose primum, & deinde à Iosue fuisse descriptum, clarissimis indicis testatum extat: sed hoc præcipue tricesimi primi capituli Deuteronomii: *Scriptis itaque Moyses Legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filiis Levi, qui portabant Arcam fæderis Domini, & cunctis Senioribus Israël, nempe ut ad latus Arcae fæderis servaretur. Tum eam septimo quoque anno publice prælegi sancit.* Alio loco jubet Moses Regem Israëlitis olim præficiendum, Deuteronomium à Sacerdotibus Leviticæ tribus acceptum describere. Canticum præterea iussu Dei scribit Moses, atque id Israëlitas docet, ut habetur in potremis Deuteronomii capitibus. Frequentem hujus Deuteronomii usum, & latarum in eo legum custodiā commendat auctor libri Iosuae: ipsum vero Iosuam in lapidibus Deuteronomium descriptissimè narrat in monte Hebal; & populum hinc precibus, inde diris devovis, juxta traditum sibi à Mose præceptum in ipso Deuteronomio. Librum Iustorum, qui capite decimo libri Iosuae laudatur, & libri secundi Regum capite primo, quidam putant esse librum Exodi; R. Selomoh ipsum Pentateuchum. Iosue præterea, in libro ipsius nomine inscripto, mandata executus esse dicitur, quæcumque à Deo Mosi tradita fuerant: quod ut accurate fieri posset, descripta esse oportuit. Id confirmatur *præcisus* hoc Exodi: *Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosuae: & ex isto libri Iosuae: Confortare igitur, & esto robustus valde, ut custodias & facias omnem Legem, quam præcepit tibi Moyses servus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, ut intelligas cuncta que agis. Non recedat volumen Legis hujus ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia que scripta sunt in eo.* Ex his sequitur Legem Mosis Iosuæ temporibus scriptam extitisse: nec Legem solum secundam, quæ Deuteronomium est; sed priorem etiam, quæ posteriore amplior fuit; nam multa habuit prior Lex, quæ repetita non sunt in secunda. Atqui non posteriorem solum, sed priorem quoque descriptam habuisse Iosuam necesse fuit, ut universis Mosis præceptis obtemperaret, & populum quoque in eorum obsequium fleceret: nam pars hæc præcipua fuit mandatorum Mosis. Itaque ante latum Deuteronomium Iosuam præceptis instruit Moses, quæcumque ipse à Deo acceperat. Hæc enim legiuntur capite Numerorum vicesimo septimo: *Fecit Moyses ut præceperat Dominus: cumque tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote, & omni frequentia populi. Et impositis capiti ejus manibus cuncta replicavit, que mandaverat Dominus.* Commemorantur quoque mandata Mosis in libro Iudicium, his verbis: *Dimisitque eos, ut in ipsis ex- periretur Israëlem, utrum audiret mandata Domini, que præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non.* Frequentior etiam horum mentio in libris Regum: velut cum in Arca 3, Reg. 8, 9;

PROPOSITIO IV.

40

nihil aliud fuisse legitur quam Tabulas lapideas, quas in ea Moses recondiderat ad montem Horeb. Et cum Amalias narratur interfictis patris sui percussoribus, a filiis eorum manum abstinuisse; morem gerens praecepto Mosis, quo patres luere noxas filiorum, vel filios patrum sancitur. Adde isthac secundo capite tertii Regum: *Observa custodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut custodias ceremonias ejus, & praecepta ejus, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in Lege Moysi, ut intelligas universa quae facis: & haec quoque est vicelimo primo capite quarti Regum: Si custodierint universam Legem, quam mandavit eis servus meus Moysi: tum & illa e vicelimo tertio capite libri ejusdem: Similis non fuit ante eum Rex, qui reverteretur ad Dominum in omnibus cordis suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua, juxta omnem Legem Moysi.*

1. Par. 16. 14. Paria his extant in Paralipomenis. Tale hoc est decimo sexto capite libri prioris: *Juxta omnia quae scripta sunt in Lege Domini, quam precepit Israeli: & hoc quoque est decimo septimo capite posterioris: Docebantque populum in Iuda, habentes librum Legis Domini: atque id etiam est vicelimo tertio capite sequente: Ut offerrent holocausta Domino, sicut scriptum est in Lege Moysi: tum & illud est vicelimo quinto capite sequente: Cumque robaturum sibi videtur imperium, jugularvit servos qui occiderant Regem patrem suum, sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in Lege Moysi: Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus, sed unusquisque in peccato suo morietur. Atqui haec conceptus verbis extant in Deuteronomio. Plurima apud Esdram, qui fuit scriba velox in Lege Moysi, Mosaicæ Legis mentio. Sic tertio capite: *Et surrexit Iosue filius Iosèph, & fratres ejus, & edificaverunt altare Dei Israël, ut offerrent in eo holocausta, sicut scriptum est in libro Moysi viri Dei: sic sexto: Et statuerunt Sacerdotes in ordinibus suis, & Levitas in vicibus suis, super opera Dei in Ierusalem, sicut scriptum est in libro Moysi. Crebro etiam in libro Nehemia commemoratur Lex Mosis. Sic capite nono: Et legunt in volumine Legis Domini Dei sibi quater in die: & capite sequenti: Ut ambularent in Lege Dei, quam dederat in manu Moysi servi Dei: & paulo post bis in testimonium eadem Lex adducitur: in decimo tertio quoque capite: In die autem illo lectum est in volumine Moysi, audiente populo: & inventum est scriptum in eo, quod non debeant introire Ammonites & Moabites in Ecclesiam Dei usque in eternum. Quæ itidem ut alia in libris Mosis scripta leguntur. Præcipuum vero illud est, quod extat a. Esdr. 8. 2, & in codem libro Nehemia, Esdram Mosaicæ Legis volumen prælegisse universa Israëlitarum genti, & interpretationibus explanasse. Jam vero liber Psalmorum, quorum Moseum auctorem habent nonnulli, quid aliud est quam frequens Mosaicorum mandatorum iteratio? Psalmi præcipue, septuagesimus septimus, centesimus quartus, centesimus quintus, & centesimus tricesimus quintus, totam Pentateuchi historiam ab initio repetunt. Testimonios Mosaicæ Legis aliquotus utuntur Prophetae, Baruchus, & Daniel. Dan. 9. 11. Meminit uteque dirarum, quibus impii devoventur in Lege Mosis. Sic præterea Bar. 27. 15, & rucus secundo capite: *Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die qua præcepisti ei leg. & 29. & 30. scribere Legem tuam: & Daniel decimo tertio: Erudierunt filiam suam secundum Legem Moysi. Infigne & illud Malachiz: Memento Legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israël, præcepta, & iudicia. Tobia confanguineo suo Saram despondere se ait Raguel, ut conjungeretur cognationi sue, secundum Legem Moysi. Jesus Siraci. Tob. 7. 14. Eccl. 45. 6. & des eximio Moseum ornat elogio, creatumque esse ait Israëlitici populi legumlatorem: quod apud eum non semel legere licet. Plurima denique in Machabaicis libris Mosaicæ operis commemoratio: velut in septimo capite libri secundi: Non obedio præcepto Regis, sed præcepto Legis, que data est nobis per Moysen: quo capite & Cantici Mosis fit mentio, ex eoque testimonium quoddam profertur.***

Vtrum solum Deuteronomium, an universum Pentateuchum in Templo Helcias Pontifice repeterit.

4. Reg. 11. 8. 21. 2. Par. 14. 14. & seq.

Joseph. Ant. 1. 10. cap. 5. Ath. Epist. ad Marc. Chrysostom. Homil. 9. in Matth. 1. & Rom. 7. 6. 24. 35. 2. Mach. 7. 30. 2. Mach. 7. 6. Deut. 31. 36.

II. Notabile vero imprimis illud est, quod habent Libri Regum, & Paralipomena, Helciam Pontificem, cum farta tecta Templi curaret, librum Legis, ipsa Mosis manu scriptum, ut indicare videntur Paralipomena, & Interpretes plerique volunt, in domo Domini reperire: quem ad se misum cum Josias legislet, ejusdem iussu, universo populo audiende fuisse recitatum. Id ad omnes Mosis libros referendum manifesto censet Josephus, quod ad unicum Deuteronomium pertinere arbitrati sunt, Athanasius, Chrysostomus, & recentiores plerique: propterea, opinor, quod librum eumdem ab Helcia repertum fuisse crediderunt, quem manu sua defcriptum ad latus Arca federis locari iussifera Mosis, ut narratur Deuteronomii ipsius tricesimo primo capite; hunc autem, non totam Legem, sed Deuteronomium solum fuisse complesum, multorum opinio est: & quod decimo septimo capite scriptum legitur de futuro Israëlitarum Rege: Postquam federis in solo regni sui, describet sibi Deuteronomium Legis hujus in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Levitica tribus, & habebit secum, legisque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias ejus, que in Lege præcepta sunt. Huc accedit quod libri Jofue capite octavo,